Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8319
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ac si diceret celestia que non habent aliquod simile cum terrenis quomodo
in illa similitudine terrenorum exemplificari possunt a nobis intelligi in
capient quare ergo me ex deo venisse asserentem non credite
etiam vos ducente per terrena exempla addit Et nemo as
cendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo
cum difficultate fidei celestium declarans Nam omnem credere
non velle nisi intelligat causam et quod tunc omnis homo pos
sit ascendere virtute sua intellectuali usque in celum ut ea videat
que per eum que illa sunt et videt narrant et attestant Nam
solus ille qui de celo descendit scilicet filius hominis quem et vos
ex deo venisse asserite propter opera eius que vidistis ille ascen
dit in celum et est in celo et ob hoc nullo ascensu eorum attin
gentis celestia qui non estis celestes solus filius hominis
quod secundum condicionem huius mundi in carne scilicet et peregrinatione as
sumpsit de celo descendisse videtur michi et vos ipsum ex deo
venisse dicitis Unde cum intellectus huius filii hominis sit assumptus
per verbum patris quod est deus hinc ascendit hic intellectus
in occulta dei que dicuntur celestia quia celata sunt terrenis
ut ei descendere ascendere et nec descendere nec ascendere
sed esse in celo coincidat in filio hominis et ideo hic est sicut hinc
qui serpens in deserto suspensus quem accedentes per fidem et ipsum ser
pentem intuentes se scilicet ad ipsum convertendo et salutem contra le
sionem querendo adepti fuerunt in exaltato serpente salutem
contra morsum venenosum serpentium deserti sic exaltari oportet fi
lium hominis ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam
eternam Unde concludit Christus quod renascentia ad regnum dei